Anno 1532 die 24. Maii — Ex. M. S. B. Latt.

# Responsum a Sigismundo Rege Poloniae Dat. Faistrzicz Oratori Ferdinandi Regis Ungariae Bohemiae — Romanorum.

67

Legatio Vestra M^{ce} Domine Orator hoc in summa continebat. Retulistis quod Serenissimus ac Excellentissimus Princeps Dominus Ferdinandus Romanorum Ungariae, Bohemiae, Rex. postulat, a Sacra Majestate Regia ut Egregium Georgium Sheredi cum aliis de nunc nuncupatis Nunciis a Superioribus Civitatibus Regni Ungariae ad se missis qui in Regno Mtis Suae capti dicerentur liberos dimitti curaret et simul ea de re ita constitueret, ut Sua Mtis Mtas intelligeret suam Majestatem non solum ejus admissi facinoris inscium fuisse, sed etiam eam injuriam egro et molesto animo pertulisse.

Ad quod Mtas sua Serenissima respondens. Primum dolet et miratur vehementer, quod Mtas Serenis. Romanor. Regis, vocari in suspitionem Mtem suam de eo apud se permittet, quod vel per consensum vel conniventiam, Mtis suae praedicti Nuncii sint in Captivitatem deducti. Cum tamen id palam est

Mtas

Majestas sua, pro sua in communem tranquillitatem, propensione, accepto tam indigni facinoris nuncio in rem subditor. Sui Domini Romanor. Regis, ad Petrum Kostka ad quem captivi deducti esse ferebantur, ternas dedit primum literas postremo etiam proprium misit Nuncium per quem aperte illum et severe monuit, ut se intra induciar. finem et praescriptum, contineret, et captivos quos in sua potestate haberet liberos dimitteret, qua tamen admonitione nihil proficere Mtas Sua potuit. Kostka semper respondente sibi integrum non esse ut captos Nuncios citra mandatum Domini sui dimittere debeat, de quor. etiam detentione nunquam se cogitatur. fuisse si non prius a non nullis partium Sui Domini Romanor. Regis hominibus subditos Domini sui et servos suos contra induciar. pacta captos et in turpem servitutem traditos cognovisset. id quod vos ex literis illius perspicietis quar. legendi copiam vobis dari et exempla confici, Mtas sua faciet, ut ea Summ. Romanor. Regem perferre et suae Mtis in ea re curam et solicitudinem et factam diligentiam testari et declarari possitis.

Quare rogat sua Mtas Serenissimum Dominum Romanor.

Romanorum Regem ut cum suspitione de Mte sua
conceptam vanam esse cognoscet, deinceps sibi id
6 de Mte sua persuadere velit, quod et virtus et mutua
a utrinque Regia dignitas atque connectio postulare
videntur.

Maiestas vero sua ut nihil praetermittat, quo
placere Illmae Mti possit, agere adhuc per literas
non gravabitur, ut aliquo modo subditi illius Mtis
a captivitate liberentur, quod tamen non alia ratio
ne quam per mutuam Captivorum hinc inde permu-
tationem confici posse arbitratur, de quo id quod com
modissimum sibi et subditis suis iudicabit Illmae
Mtas statuere dignabitur.

Cracoviae 24 Martii Anno Dni 1532.